



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXXVI. De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

176 LIB. III. TITULUS XXXVI.

4 Dico 3. Religiosi, vi voti *Obedientia* tenetur obedire Superiori, quæ illæ sub culpa praepit justè, & quæ directè vel indirectè, explicitè vel implicitè, continentur vel pertinent ad Reglam vel Institutum, quod profitentur. Ratio patet ex natura hujus voti. Cùm igitur Superior habeat jus præcipiendi, quod non obsequend violatur, inobediens Religiosus non modò peccat contra Religionem ratione voti, sed etiam contra Justitiam: imò & peccat contra fidelitatem ob violationem promissionis. Præterea ex hoc voto adstringitur Religiosus ad observationem Regularum, quæ ex intentione Fundatoris obligant sub peccato.

TITULUS XXXVI.

*De Religiosis Domibus, ut Episcopi  
sint subjectæ.*

SUMMARIUM.

1. *Quid sint loca Religiosa, Sacra, Pia.*
2. *Per se subsunt jurisdictioni Episcopi.*
3. *Quid requiratur ad erectionem novi Monasteri*

¶ **P**er *Domos Religiosas* genericè intelliguntur loca cultui Divino vel aliis piis usibus authoritate Episcopi destinata. Si præter authoritatem Episcopi non interveniat consecratio, specificè dicuntur *Domus Religiosa*, *Monasteria*, *Collegia*, ac alia domus Regularium, *Nosocomia*, *Hospitalia*, *confraternitatem*.

congregationes &c. Si verò præter authoritatem Episcopi adhibeatur etiam Consecratio, propriè ac specificè vocantur *loca & domus sacræ*, uti templa, facella, altaria, pro Divinis officiis deputata. Si denique nec Episcopi authoritas nec consecratio intervenerit, nihilominus tamen ad pia opera charitatis &c. destinata reperiantur loca, propriè ac specificè appellantur *loca & domus pia*, uti Oratoria privata. In communi usu tamen subiù promiscuè accipiuntur loca Religiosa, Sacra, & Pia. Si loca ad orandum deputata, seu *Oratoria*, sint constituta authoritate Episcopi, & in loco publico cum ostio versùs plateam vel viam publicam, vocantur *publica*: si in loco privato, v. g. in ædibus, castris, & sine authoritate Episcopi, sint erēcta, dicuntur *privata*.

Dico 1. Domus Sacræ, & Religiosæ (non verò 2  
Piæ tantum) de Jure subsunt jurisdictioni Episcopi in tantum, ut ab eo visitari possint, & exigiri rationes administrationis, nisi probetur illarum exemptio. c. 3. 4. 6. 7. h. t. Clem. 2. eod. Trid. f. 22.  
c. 8. 9. de ref. Et nisi Hospitalia vel Collegia hujusmodi sint sub immediata protectione Regum, aut aliter in fundatione ordinatum sit. Trid. lo.  
cit. ubi etiam tribuitur Episcopis cura providendi, ut in Piis quoque locis, quæ per c. 4. cit. argumento à contrario non subesse jurisdictioni Episcopi eruitur à DD. piæ defunctorum voluntates executioni mandentur: item potestas concurrendi cum aliis, ad quos vel ex privilegio, vel consuetudine, vel statuto, pertinet rationum execilio à locis Religiosis.

Dico 2. Ad erigendas novas domus Religio-

Pars II.

M

fas

## 178 LIB. III. TITULUS XXXVI.

fas (intellige Monasteria) requiritur 1. consensu Episcopi. 2. Parochi loci. 3. Principis & scolarum loci. 4. Religiosorum in vicinia habentium domicilia. 5. Probabilius tamen extra limitam non Summi Pontificis. 6. Ut in novo domicilio saltem 12. Religiosi habitare, & vel redditibus vel ex consuetis eleemosynis competenter sustentari valeant. Sumuntur haec ex Trid. s. 25. de Regular. c. 3. & ex Recentiorum Pontificum Constitutionibus, nempe *Quoniam ad institutum Clem. VIII.* Cum alias Gregor. XV. Romanus Urbani VII. ubi quidem praedictorum consensu, non tamen Summi Pontificis, mentio fit. Trid. lo. cit. sic habet: *in Monasteriis & domibus tam virorum quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, istantum numerus constituatur, ac imposterum conservetur, quod vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis, commodè possit sustentari nec de cætero similia loca erigentur sine Episcopi in cuius diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta Vehementer quidem reclamat, & consensum Sumini quoque Pontificis expedit* *Constit. instaurandæ Innoc. X.* Sed P. Reiffenstuel ad tit. de *Eccl. ædif. n. 38.* cum communi, ut ait, bene observat, quod ibi expressè restringatur licentia Pontificis ad Italiam & adjacentes Insulas. Idem recte advertit, per Concil. Trid. recessum esse à Jure antiquiori. c. un. h. t. in 6. & c. un. de Excess. Præl. ubi requirebatur consensus Pontificis. Adeo, quod in *citt. Const. Quoniam ad institutum.* Cum alias. & Romanus. licentia Pontificis solum requiratur pro casu, quo ad illum fuerit appellatum

onfesso  
is & is  
a habet  
xtra lu  
ovo do  
x vel e  
compa  
ex Trid  
Pomii  
ad insi  
V. Re  
im coe  
ntio fu  
r dona  
mobilis  
tum n  
tur, q  
vel c  
tentan  
piscopi  
obtenta  
fensum  
instan  
tit. de  
ene ob  
ia Pon  
Idem es  
Excess  
s. Ad  
tutum.  
solum  
opella  
am

tum: ergo extra hunc casum non requiri haud  
obscure licet inferre.

## TITULUS XXXVII.

### De Capellis Monachorum, & alio- rum Religiosorum.

#### SUMMARIUM.

1. Per Capellam venit Ecclesia Curata Monaste-  
rio unita.
2. Quando & quomodo subjecta sit Episcopo.

**C**Apella hoc loco denotat Ecclesiam Cura-  
tam, maximè Parochiale (Beneficium  
vel Prioratum) incorporatam tamen vel  
unitam Ecclesiæ Regulari, & positam extra Mo-  
nasterium.

Dico. Hujusmodi Capella, seu Ecclesia Paro-  
chialis, siquidem est plenissimo jure incorporata  
Monasterio, nempe ita, ut integer distictus, in  
quo existit, unà cum populo sit exemptus ab Epis-  
copo, & Prælatus in eo, tanquam dicœksi paryula,  
jurisdictionem quasi-Episcopalem exerceat, est  
exempta, & nihil in eo juris habet Episcopus. per  
c. 21. de Privil. Trid. f. 25. de Regular. c. 11. Si  
vero solùm pleno jure, h. e. quoad spiritualia &  
temporalia simul, sit incorporata, ita ut Prælatus  
sit Parochus in habitu & principalis in ea, vel si so-  
lùm incorporata sit quoad temporalia, manet Epis-  
copo in tali capella jurisdictione, ita ut eam visitare  
& pro cura animarum expositum Religiosum,

M 2

etiam